

## Jeremias

376

torium meum et erigat pelles meas: quia stulte egerunt pastores et dominum non quaesierunt propterea non intellexerunt et omnis grex eorum dispersus est. Vox auditionis ecce venit et commotio magna de terra aquilonis: ut ponat civitates iuda solitudinem et habitacula draconum. Scio domine quod non est vis via eius: nec viri eius ut ambulet et dirigat gressus suos. Corripe me domine: verumtamen in iudicio et non in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignationem tuam super gentes quae non cognoverunt te: et super provincias quae nomen tuum non invocaverunt: quod comederunt iacob et devoraverunt eum et consumpserunt illum: et tecus eius dissipaverunt.

XL

**U**erbum quod factum est a domino ad ieremiam dicens. Audite verba pacti huius: et loquimini ad viros iuda: et ad habitatores ierusalem et dices ad eos. Haec dicit dominus deus israel. Maldictus vir qui non audierit verba pacti huius: quod precepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti de fornace ferrea dicens. Audite vocem meam et facite omnia quae precepi vobis: et eritis mihi in populum et ego ero vobis in deum: ut susceperem iuramentum quod iuravi patribus vestris daturum me eis terram fluentem lacte et melle sicut est dies haec. Et respondi et dixi. Amen domine. Et dixit dominus ad me. Vociferare omnia verba haec in civitatibus iuda et foris ierusalem dicens. Audite verba pacti huius et facite illa: quod contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de terra egypti usque ad diem hanc. Vane insurgens contestatus sum et dixi: audite vocem meam: et non audierunt nec inclinaverunt aurem suam: sed abierunt unusquisque in prauitate cordis sui mali. Et induxi super eos omnia verba pacti huius: quod precepi ut facerent et non fecerunt. Et dixit dominus ad me. Inuenta est coniuratio in viris iuda et in habi-

tatoribus ierusalem. Reverti sunt ad iniquitates patrum suorum priores: qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos ut seruirent eis. Iratum fecerunt domus israel et domus iuda pactum meum: quod pepigi cum patribus eorum. Quobrem haec dicit dominus. Ecce ego inducam super eos malum de quibus exire non poterunt: et clamabunt ad me: et non exaudiam eos. Et ibunt civitates iuda et habitatores ierusalem et clamabunt ad eos quibus libant: et non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Secundum numerum enim civitatum tuarum: erant domini tui iuda: et secundum numerum viarum tuarum ierusalem posuisti aras confusionis: aras ad libandum baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc: et ne assumes pro eis laudem et orationem: quod non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me: in tempore afflictionis eorum. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Numquid carnes sancte auferentia te malicias tuas in quibus gloriata es? Delicium vberum: pulchram: fructiferam: speciosam vocavit dominus nomen tuum. Ad vocem loquelae grandis exarsit ignis in ea: et combusta sunt fructera eius. Et dominus exercituum qui plantavit te locutus est super te malum: pro malis domus israel et domus iuda quae fecerunt sibi ad irritandum me: libantes baalim. Tu autem domine demonstraisti mihi et cognovisti: tu ostendisti mihi studia eorum: et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et non cognovi quod cogitauerunt super me consilia dicentes: mitam lignum in panem eius: et eradam eum de terra viventium et nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste et probas renes et corda: videam visionem tuam ex eis. Tibi enim reuelavi carnem meam. Propterea haec dicit dominus ad viros anathoth qui querunt animam tuam: et dicunt. Non propheterabis in nomine domini: et non morieris in